



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

Inhaltsverzeichnis

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

ORIGENIANORVM

104
 que *μετανοῶσιν* ab eodem accepit. Ab humanis autem corporibus in humana corpora A
 transfere animas affirmavit Plato; à coelstibus vero in humana, ab his in demonica mi-
 grare animas dixit Origenes: & ut hominum animas etenim animas pecudum fieri dixit
 Plato, quatenus nequit addicta pecudum similes fiunt, ita id ipsum Origenes pronun-
 tiavit. Praeverat Platonii Pythagoras, sed non animorum solum ex humanis corporibus in
 humana, verum etiam ex his in ferina veras commeationes admiserat. Aliud quoque Py-
 thagoricam inter & Platonicam doctrinam intercessisse discrimen affirmat Servius in illud
 Virgil. *Aen.* 3. *Animamque sepulchro Condimus. Plato, inquit, perpetuam dicit animam, & ad di-*
versa corpora transsum facere statim pro meritis vita prioris. Pythagoras vero non μετανοῶσιν, sed
ταῦτα φυσίας esse dicit, hoc est redire, sed post tempus. In quo Platonem quoque, dimisso Pytha-
 gorae Adamantius sequitur. At Paganinus Gaudentius cap. 31. in libello De comparatione B
 Dogmatum Origenis cum Philosophia Platonis, de Origenis Metempsychoseis disserens, in
 eo differre ait opinionem ipsius à Pythagorica, quod ille poenas in subterranei locis luendis ob sclera agnoscet; Pythagoras vero Inferos, Inferorumque poenas sustulerit, quod
 falsum est: *αὐτὸν τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὴν λέγοντα θάλασσαν ἀπόβασιν ποιεῖν τοῖς αἰδεῖς καὶ σωτηρίᾳ προσθέντας εἰς αὐτὸν.* At ipse etiam in scriptis ait post septem & ducentos annos se ex Inferis ad homines venire,
 inquit Laertius in Pythagora. Ab Ægyptiis autem magistris vasana hac Metempsychoseos
Cof. De
bed. Gall.
libr. 6. doctrina imbuti fuerant Pythagoras & Plato; hinc enim manasse illam commemorat ibi-
 dem Servius, & Clemens Alexandrinus libr. 6. Stromat. Hanc hodieque pertinacissime
 retinent Americani nonnulli, retinent Sinenses plerique, & ex Indis quoquor Muhamedo
 nomen non dederunt; itaque ab animotorum eis eaute abstinent. An ab Indis vero ad C
 Ægyptios transierit, an ab his ad illos, res est non parva disquisitionis. His fata auctoribus
 Simonianorum, Basilidianorum, Valentinianorum, Marcionistarum, Gnosticorum, &
 Manichæorum mentes infecit, in iisque cum ab aliis, tum ab Origene sape confusa est.
 Placuit ea quoque veteribus Gallis, ut à Cæsare proditum est. Ne postremis quidem hisce
 temporibus temperavit sibi Hieronymus Cardanus, vir immoderati ingenij, quiu iter-
 tam quandam & repetitam *ταῦτα φυσίας* introduceret in Dialogo de morte.

QVÆSTIO SEPTIMA.

DE LIBERO ARBITRIO, GRATIA, ET PRÆDESTINATIONE. D

I. Sententia Origenis de libero arbitrio nature rationalis, & gratia Dei summatim proponitur. II. Eadem fusius explanatur. III. In quo positam arbitrij libertatem voluerit. IV. Statum nature integrum à statu nature lapsa non distinxit. V. Vtrum & quomodo liberum arbitrium regere putaverit bonos & pravos motus in animo suscitatos. VI. Ecquisnam sit ille spiritus adversus quem Paulus carnem ait concupiscere. VII. Vtrum anima media inter spiritum & carnem dici possit. VIII. Quæritur utrum affectus aliqui boni ex carne naturaliter prodeant; & de lege nature. IX. Patres multi ex rati nature boni ali-
 quid oriri posse senserunt. X. Origenes legi naturæ nimium tribuit: XI. quemadmodum
 & legi Moysis. XII. Investigatur ejus sententia de gratia auxilio, quam hominibus à Deo
 impetrari censuit, propter recte ante vitam gesta; XIII. & in hac vita mortali. XIV. Gra-
 tiam excitantem non agnoscit. XV. Perperam interpretatis quibusdam Scriptura locis in
 eam sententiam adductus est; XVI. que merito reprobatur. XVII. Pauxilla quedam
 in Origenis favorem colliguntur. XVIII. Vtrum & quomodo perfectos homines posse non
 peccare ratus sit. XIX. Huius dogmatis causa vapulat. XX. Vtrum post acceptam gra-
 tiam iterata pænitentia locum non supereesse autumarit. XXI. Vtrum præceptis diuinis F
 morem geri non posse senserit. XXII. Suppetitæ feruntur Origeni. XXIII. Vtrum affir-
 ma-
 verit homines sola fide iustos effici. XXIV. Investigatur ejus dogma de peccato origi-
 nis, & fine baptismi. XXV. Quid ipsi de prædestinatione placuerit, disputatur. XXVI.
 Hic quoque nonnullis poenas dat, sed in aliquibus juriatur.

I. **N**VNC vero de libero arbitrio, quod animæ ipsi innatū est; deque gratia Dei, quæ
 in animam infunditur, quid Origeni placuerit, explorandum est; nec eam enim
 questionem inoffenso decurrat pede, mentis rationalis arbitrio nimium tri-
 buens,